Offitiales communis Perusii qui sunt duo super salariam deputati habeant et habere debeant pro eorum salario et mercede cuilibet semestri temporis quinquaginta libras denariorum perusinorum pro quolibet eorum de quibus solvat gabellam ut supra.

Notarius vero ipsorum habere debeat pro suo salario et mercede semestri temporis quadraginta libras denariorum perusinorum de quibus solvat gabellam modo supradicto.

Famuli vero dictorum offitialium qui sunt duo habeant pro eorum salario et mercede pro quolibet eorum pro dicto tempore idem salarium quadraginta librarum denariorum solvendo gabellam ut supra.

De salario sindicatorum offitialium forensium et notarii.

Sindicatores offitialium forensium civitatis Perusii habeant et habere debeant pro eorum salario et mercede quinquaginta libras denariorum pro quolibet eorum.

Notarii vero ipsorum sindicatorum habeant et habere debeant pro eorum salario et mercede duos florenos auri pro quolibet eorum de quibus salariis prefati sindicatores et notarii solvere debeant gabellam ut supra.

Consultores vero dictorum offitialium remaneant ut sunt.

Et quod notarii dictorum sindicatorum ultra salarium supradictum lucrari et percipere possint impune pro absolutione domini capitanei populi seu potestatis civitatis Perusii suorum offitialium et familie quam restituerent in publicam formam duos florenos auri tantum. De unaquaque vero absolutione aliorum offitialium dicti communis accipere possint unum florenum auri tantum. Quas quidem absolutiones prefati notarii teneantur et debeant petentibus et eas recipere debentibus in publicam formam restituere cum effectu per totam illam diem facte absolutionis seu sequentem diem immediate. Ubi in dictos terminos talis absolutio peteretur eisdem pena notario contrafacienti centum librarum denariorum et pro qualibet vice. Et de restitutione absolutionis non facta in terminum ut dictum est stetur et stari debeat iuramento offitialis qui fuit absolutus vel sui procuratoris absolutionem petentis sibi restitui, que pena a notario contrafaciente auferri debeat per comune Perusii per offitialem communis predicti coram quo de predictis querimonia facta foret et habeat ipse offitialis a massariis dicti communis medietatem dicte pene quam devenire fecerit in dicto comuni sine alia apodixa percepto vel mandato viso presenti ordinamento dumtaxat. Et ubi supradicitur de unaquaque absolutione intelligatur unaquaque absolutio facta de principali offitiali et eius offitialibus et familia ita quod una absolutio censeatur non obstante quod in illa plures seu multa sint capita.

Quod cives possidentes bona stabilia in castris vel fortillitiis serviant pro castellano xx diebus gratis.

Item ad refrenandum sumptus et expensas communis Perusii qui et que fieri solent seu possent per conservatores monete, massarios vel alios offitiales communis predicti et pro salariis castellanorum qui ad custodiam castrorum et fortillitiorum

Comitatus Pisani ex levibus causis mictebantur. Supradicti domini Regulatores
volentes in deputatione et transmissione Castellanorum mictendorum ad dicta castra seu
fortillitia modum et regulam exibere propterea pecunia comunis Pisani parcimonizetur
et expendatur et convertatur in stipendio gentis armigere comunis predicti pro defen-
sione libertatis et boni status Civitatis et comitatus Pisani ex omnibus auctoritate
supradictis et omni modo et iure quibus melius potuerunt providerunt ordinaverunt et
deliberaverunt ac etiam Regulaverunt. Quod ad custodiam et defensam castrorum
et fortillitiorum Comitatus Pisani mictatur et micti debeant deinceps per offitiales
custodie Civitatis et comitatus Pisani durante tempore guerre in castellanos et
pro castellanis dictorum castrorum et fortillitiorum illi tantum Cives Pisani legales
ydonei et sufficientes ac populares et pacifici status dicte Civitatis zelantes
habentes domos in talibus castris seu fortillitiis seu predia vel possessiones in territoriis
dictorum locorum vel aliquorum eorum prout discretioni dictorum offitialium custodie videbitur
expedire et qualitas temporis suadebit. Qui Cives deputandi in castellanum ut
dictum est steterint et stare et servire debeant gratis in dictis castris seu fortillitiis
ad que deputati et missi fuerint pro custodia ipsorum locorum. Viginti diebus
pro quolibet eorum cum uno famulo tamen omnibus sumptibus et expensis talis
civis qui missus fuerit castellanus ad custodiam et pro custodia castri
seu fortillitii comitatus predicti et sine aliquo salario vel mercede sibi solvendo
per comune Pisani seu Comitatus dictorum locorum vel alias spetiales personas. habeat tamen et
habere debeat quilibet castellanus pro salario unius famuli retinendi dicto tempore
pro custodia ipsorum locorum septem libras denariorum pro dicto tempore viginti dierum.
Qui famulus conducatur et solvi debeat per conservatores monete comunis Pisani
et de pecunia ipsius comunis. De quo salario dicti conservatores retinere debeant gabellam
ad rationem duorum soldorum pro qualibet libra. Et si talis civis deputatus in castel-
lanum recusaret accedere seu non accederet ad castellanatiam huiusmodi ad quam
deputatus fuerit per ipsos offitiales. Quod eo casu prefati offitiales custodie qui pro tempore
fuerint teneantur et debeant eligere et deputare loco talis civis recusantis
accedere seu non accedentis ad exercitium dicte castellanatie alium civem ydoneum
legalem et sufficientem de quo et prout discretioni dictorum offitialium videbitur convenire
et eis visum fuerit et placebit. Qui habeat et habere debeat pro suo salario et mercede
et etiam famuli sumptibus et expensis talis civis non euntis seu accedere re-
cusantis viginti soldos denariorum pro quolibet die pro dicto tempore viginti dierum. Et
qui ad castellanatiam accedere recusaret seu non accederet compellatur et
realiter et personaliter ad petitionem dictorum offitialium per potestatem et capitaneum et quemlibet
alium offitialem comunis Pisani ad solvendum salarium predictum alteri castellano
qui loco sui electus et deputatus extiterit. Verum si cives haberent seu
possiderent bona immobilia in pluribus et diversis castris et fortillitiis seu

eorum territoriis, quia inconveniens videretur quod in omnibus locis ubi tales cives
bona stabilia possiderent ipsi cives ut castellani sumptibus suis militarentur,
prefati domini Regulatores providerunt, ordinaverunt et deliberaverunt, quod cum
cuique civis perusinus bona stabilia possidens in aliquo castro vel fortellitio
comitatus perusii seu in territorio alicuius castri seu fortellitii dicti comitatus
ut castellanus serviverit seu servierit dicto tempore viginti dierum sumptibus
suis ut supra est expressum in aliquo castro seu fortellitio dicti comitatus
ubi bona stabilia possideret, seu pro renumptiatione castellanatie solverit
alteri castellano salarium secundum modos et formam presentis ordinamenti, quod
talis civis ad acceptandum castellanatiam alterius castri seu fortellitii
ubi bona stabilia possideret, seu ad solvendum salarium alteri castellano
minime cogi possit vel debeat ullo modo, sed vacet et vacare debeat talis
civis ab alia castellanatia per quattuor menses a die presentis finite castella-
natie computandos.

Et si essent castra seu fortellitia in confinibus situata vel alibi in comitatu
perusii in quibus versaretur suspitio seu quod maiori custodia indigerent seu
in quibus castris et fortellitiis vel altero eorum vel in eorum seu alterius eorum
districtibus, perusini cives legales, ydonei et sufficientes ad castella-
natiam exercendam bona stabilia non possiderent, quod in ipsis casibus et quolibet
eorum offitiales custodie civitatis et comitatus perusii, de consilia dominorum priorum
artium civitatis predicte possint et valeant providere de et super custodia
ipsorum locorum et cuiuslibet eorum, prout ipsorum discretioni videbitur convenire, con-
ditionibus dictorum locorum et cuiuslibet ipsorum et temporis tunc instantis qualitate pen-
satis. Et que per dictos offitiales custodie in predictis et circha predicta provisa et
facta forent cum consilia dictorum dominorum priorum valeant et teneant et plenum
in cunctis sortiantur effectum, supradictis non obstantibus vel aliis quibuscumque
loquentibus in contrarium.

Item cum dicatur quod multi perusini cives, offitiales deputati ad varia offitia
comunis perusii ad colligendum seu recipiendum pecuniam pro ipso comuni, sibi de ipsa
pecunia solvant ac retineant sua salaria deputata sine aliqua solutione
gabelle, quod in dampnum comunis perusii non modicum cedit, et sit quodam inconveniens,
quod aliqui offitiales de suis salariis solvant gabellam et aliqui non volentes
prefati domini Regulatores obviare predictis ne in consuetudinem trahantur
imposterum et camere conservatorum monete et massariorum comunis perusii,
ex singulis pecunia habundantiores existant, providerunt, ordinaverunt et re-
gulaverunt quod offitiales supradicti eorum notarii, famuli, familiares et ceteri in
presentibus ordinamentis nominati seu de quibus supra fit mentio et qui nominandi venirent

Quod offitiales deputati ad
colligendum pecuniam non pos-
sint sibi retinere salaria
sed simpliciter solvantur eis
per conservatores monete vel
massarios retenta gabella.

camere ipsorum ordinum, quibus pro exercitio eorum offitii aliquod salarium debetur, non possint vel debeant quoquo modo sibi ipsis solvere seu retinere sua salaria de pecunia seu rebus que ad eorum manus devenerint seu devenient camere offitii eorum vel alicuius eorum pena quingentarum librarum denariorum perusinorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice, sed simpliciter recipere debentibus solvatur et solvi debeant dicta salaria temporibus debitis per conservatores monete seu massarios comunis Perusii vel alios offitiales ipsius comunis quibus pecunia seu res comunis pervenerint seu pervenient ad manus superdictorum offitialium vel alicuius eorum consignari et restitui deberetur, de quibus salariis per dictos conservatores, massarios vel alios offitiales ad quos spectaret, retineatur et retineri debeat gabella ad rationem duorum soldorum pro qualibet libra. Et predicta non intelligantur nec vendicent sibi locum in illis offitialibus qui pecuniam seu res pervenientes ad eorum manus non teneretur restituere alicui offitiali comunis Perusii, videlicet in offitialibus notariis, famulis et famulis camporum, carnium, blade, habundantie et salarie, quibus liceat sibi ipsis solvere et retinere salaria sibi deputata seu deputanda de rebus seu de pecunia pervenientibus seu perveniendis ad manus eorum, detracta gabella de ipsis salariis ad rationem supradictam.

Ordo quod de salariis superdictorum solvatur gabella ad rationem .ii. soldorum pro libra. Et quod non fiat defalcatio tertie partis salariorum.

Item providerunt, ordinaverunt et reformaverunt quod salaria predictorum in presentibus ordinamentis declarata solvantur et solvi debeant de pecunia camere comunis Perusii, ut supra continetur, retenta tamen et soluta gabella secundum formam ordinamenti dicti comunis, videlicet ad rationem duorum soldorum pro qualibet libra. Et quod prefatis offitialibus de quibus in presentibus ordinamentis fit mentio seu nominatio non possit vel debeat aliter fieri detractio seu defalcatio tertie partis superdictorum salariorum vigore ordinamenti hactenus editi per viginti bonos homines deputatos super reformatione expensarum comunis Perusii, cui ordinamento quo ad hec intelligatur esse et sit spetialiter derogatum.

Quod potestatibus et castellanis non concedantur famuli ad stipendium comunis Perusii ultra numerum suorum famulorum.

Item cum quod multi Perusini cives destinentur et deputantur per comune Perusii in potestates seu castellanos ad castra seu fortillitia comitatus Perusii suprascriptis causis suspitionum fuerit sibi concessum et scribitur certum numerum famulorum ad stipendia comunis Perusii ultra numerum, videlicet famulorum et familie eius deputate et concesse ex forma statutorum comunis Perusii seu electionis eorum. Quod in dispendium et dampnum comunis Perusii non modicum redundare videtur. Volentes prefati reformatores obviare predictis et ne predicta in consuetudinem trahantur in posterum, ex omnibus auctoritatibus et arbitriis supradictis et omni modo via iure et forma quibus melius potuerunt, providerunt, ordinaverunt et deliberaverunt quod quicumque civis seu comitatensis perusinus fuerit deputatus per comune Perusii vel eius offitiales in potestatem vel castellanum alicuius castri seu fortillitii comitatus Perusii,

Et supra seu ultra nu͂m famuloꝝ quos talis potas seu castellanus
retine͂ debet i offitio potestatis seu castellanatie ex forma statuti cois
puss seu electoris coꝝ ul alicui coꝝ fuerit tali potati seu castellano
scripti seu gessi in Camera Conservatoꝝ monete seu p ipos conservatores
conducti aliqui famuli in quocumque nu͂o ad stipendium cois puss pro cu
stodia dcoꝝ locoꝝ ul alicui coꝝ. Ex quoꝝ famuloꝝ scriptura concessione
seu conducta dcum stipendium tali potati seu castellano deberet p ipis
famulis. Ex nunc a die ptis ordinamti i antea tali potati seu caste
llano p huiusmodi famulis scriptis concessis seu conductis ultra nu͂m suoꝝ
famuloꝝ quos tene͂ deb3 ex forma dcoꝝ statuti seu electoris coꝝ nullum
stipendium debeatur seu solvatur de pecunia cois puss p conservatores
monete ul alios offitiales cois pdi pena dcis conservatoribus et aliis
offitialibus contrafacientibus Quinquaginta libr den pparvoꝝ coꝝ contrafaciete
et qualib3 vice. Et qd tales famuli concessi scripti seu conducti tali potati
seu castellano seu p ipis potate ꝛ castellano ul aliquo coꝝ contra dcam
formam ad d stipendio ex nunc intelligantur esse ꝛ sint p inposterꝝ penitus
revocati. Et p tens ordin no vendicet sibi locum i illis famulis qui con
ducti sunt p conservatores monete cois puss quoꝝ conducta extendi no
possit ultra unum mense p rie venturum a die kalendarum pntium ord
computando. Et qd conservatores monete cois puss p imposterꝝ non
possint ul debeant quoquomo p directum ul oblicum sub quocumque
colore quesito ad petitem alicui offitialis cois puss ul alterius psone
scribere seu scribi facere seu conducere ad stipendium cois puss aliqui
potati seu pro aliquo potate seu castellano qui mictetur ad aliquod
castrum seu fortillitium contate puss aliquos famulos in quocumque nu͂o
ultra nu͂m famuloꝝ quos talis potas seu castellanus tenere deberet
ex forma statuti dci cois seu electoris sui ad supdcam pena. Sed si aliquod
castrum seu fortillitium iux͂ confinia situatum ul alib3 i contatu puss
ad quod potas seu castellanus missus fuit ul imposterꝝ mictetur
nunc ul ad tps pp ter aliquam suspictam que oriretur de novo egeret
maiori custodia. Ex tunc offitiales custodie Civitatis ꝛ contate puss
cum conscia et deliberate dnor priorum artium Civitatis pdc possit
et valeant ad custodiam talis castri seu fortilliti micte͂ famulos i quo
cumque nu͂o eis congruere ꝛ expedire videbitur qui conducantur ꝛ conduci
debeant p conservatores monete cois puss libere licite ꝛ impune put
pdcos offitiales custodie cum conscia ꝛ deliberate pdcis deliberatum fuerit
et put qualitas tpris suadebit supdictis no obstantibus ul aliis
quibuscumque loquentibus in contrarium :-

Salarium custodum portarum.

Item quod custodes portarum civitatis Pisarum habeant salarium consuetum prout nunc habent eis solvendum per conservatores monete comunis Pisarum et de quacumque pecunia ipsius comunis, visa ipsorum electione seu conducta facta per offitiales custodie seu conservatores monete comunis predictum.

Die xxviii mensis augusti.

Ordo circa salarium cancellarii comunis Pisarum.

Supradicti domini regulatores in unum congregati in superiori sala domorum que quondam fuerunt Symonis domini Merlini, solite residentie eorum dictorum priorum offitio exercendo, attentis suggestionibus et relationibus multorum Pisanorum civium legalitate et fide comprobatorum factis, et que cotidie ipsis regulatoribus fiunt et porriguntur circa salarium et expensis cancellarii comunis Pisarum, quod et qua dictum comune patitur, quod salarium superfluum fore asserunt, presentis temporis conditione pensata, volentes prefati domini regulatores ad utilitatem et comodum comunis Pisarum futuris temporibus certam regulam exhibere circha salarium et expensam cancellarii comunis predicti, et ne comune predictum pecuniam expendat incassum ultra quam deceat, ex omni auctoritate arbitrio et bailia quod et qua habent a dicto comuni super regulando, providendo, ampliando et minuendo omnem introytum et exitum ordinum et extraordinum camere conservatorum monete, massariorum et aliorum dicti comunis, et omni modo via iure et forma quibus melius et efficatius potuerunt, unanimiter et concorditer habito super hiis collaquio cum pluribus prudentum civium Pisanorum, et agentes hec cum conscientia et consensu dominorum priorum artium civitatis predicte, providerunt, ordinaverunt, deliberaverunt et regulaverunt omnia et singula capitula et ordinamenta ista ut inferius annotantur.

Inprimis quod cancellarius comunis Pisarum eligendus pro tempore futuro quod initium sumat circha medium mensis februarii proxime venturi anni domini .MCCCLXXVIII. habeat et habere debeat pro suo salario et mercede unius anni ducentos florenos auri sibi solvendos pro rata de .VI. mensibus in sex mensibus in primos duos menses cuiuslibet semestris temporis per conservatores monete comunis Pisarum et de pecunia perventura ad manus ipsorum conservatorum sine alia apodixa precepto vel mandato, viso presenti ordinamento dumtaxat, retenta tamen gabella ad rationem duorum soldorum pro qualibet libra.

Item habeat et habere debeat dictus cancellarius eligendus sive conducendus pro salario unius coadiutoris qui retineri debeat pro sublevatione suorum laborum

omnibus ipsius cancellarii sumptibus et expensis. floren. quinquaginta. auri pro tempore unius anni solvendos sibi prorata de sex mensibus in sex menses per massarios comunis perusii et de pecunia ipsius comunis sine alia apodixa precepto vel mandato vigore presentis ordinamenti dumtaxat retenta tamen gabella ad rationem duorum soldorum per libra.

Item habeat dictus cancellarius et habere debeat pro victu suo sui coadiutoris et famuli pro dicto tempore unius anni floren. sexaginta auri solvendos sibi per massarios comunis perusii singulis duobus mensibus pro rata cum retentione gabelle ad rationem supradictam Et hec locum habeat in casu in quo dictus cancellarius seorsum a victu dominorum priorum esse vellet Inquantum vero ad victum cum dictis prioribus sibi manere placuerit eo casu Regulatores dominorum priorum habeant et habere debeant a dictis massariis sine retentione gabelle pro victu dicti cancellarii et famuli singulis duobus mensibus sine alia apodixa precepto vel mandato vigore presentis ordinamenti dumtaxat floren. duodecim auri.

Item habeat et habere debeat dictus cancellarius eligendus a massariis comunis perusii quolibet mense duas libras candelarum cere quas consumere et convertere debeat in lumine et pro lumine cancellarie comunis predicti sine alia apodixa precepto vel mandato vigore presentis dumtaxat.

Item quod massarii comunis predicti dent et solvant et dare et solvere teneantur et debeant de quacumque pecunia comunis predicti sine alia retentione gabelle et sine alia apodixa precepto vel mandato vigore presentis ordinamenti dumtaxat Regulatoribus dominorum priorum artium civitatis predicte pro duabus raubis emendis pro uno famulo dicti cancellarii et quem ipse cancellarius assidue retinere debeat in dicto offitio faciendo videlicet de pannis et tallia quibus induuntur ceteri famuli dominorum priorum artium civitatis predicte bis in anno una videlicet rauba in festo beati herculani de mense martii et alia in kalendis septembris floren. octo auri videlicet quattuor pro qualibet rauba.

> Quod cancellarius debeat esse contentus dictis salariis et nil aliud recipere possit

Item providerunt ordinaverunt et Regulaverunt quod dictus cancellarius eligendus seu conducendus sit et esse debeat predictis omnibus tacitus et contentus et nil aliud ultra predicta possit vel debeat possit vel audeat aliquo colore quesito per directum vel obliquum petere seu recipere a comuni vel specialibus personis per se seu famulo seu coadiutore suo vel alia quacumque causa a conservatoribus monete seu massariis vel aliis offitialibus comunis perusii. pena .C. librarum denariorum perusinorum pro qualibet vice qua contrafecerit in predictis vel aliquo predictorum Inquantum

pena cadant Conservatores Monete, Massarii et alii offitiales, qui
ultra supradictam formam seu ultra quam superius sit expressum solverent
quoquomodo per directum vel obliquum. Addicientes quod domini priores artium
civitatis Pistorii, cum Capitaneis artium, vel sine, vel alii offitiales comunis
Pistorii auctoritatem habentes non possint vel debeant quoquomodo providere
ordinare vel reformare quod dicto Cancellario eligendo seu conducendo
pro se, suo coadiutatore, vel famulo seu famulis augeatur sala
rium seu provisio fiat vel solvatur per conservatores, Massarios vel
alios offitiales comunis Pistorii sub quacumque colore verborum plus seu ultra
quam superius sit expressum ad penam V.c librarum denariorum Pistoriensium pro quolibet con
trafaciente et qualibet vice. Et nichilominus quod provisum, ordinatum,
factum vel reformatum esset contra dictam formam sit ipso iure nullum et
nullius valoris vel efficacie. Ceterum dictus Cancellarius et coadiutor
seu alter eorum non possit vel debeat quoquomodo pro aliquibus scripturis
primis seu secundis quas aliquis restitueret petere seu accipere
aliquam quantitatem pecunie, salarium vel mercedem ad supradictam penam.
Insuper prefatus Cancellarius eligendus seu conducendus teneatur et debeat
manu sua propria scribere et registrare seu scribi et registrari facere manu
sui coadiutoris in libro reformationum comunis Pistorii et in cancellaria dicti
comunis sine alia provisione salarii vel mercedis omnes et singulas refor
mationes, ordinamenta, provisiones et deliberationes et ceteras scripturas suo
offitio incumbentes secundum formam statuti comunis Pistorii infra duos menses
a die factarum, reformationum, ordinamentorum, provisionum seu deliberationum seu aliarum
scripturarum computandos, ad supradictam penam. Non obstantibus in predictis aliquibus
ordinamentis, provisionibus seu reformationibus dicti comunis hinc retro factis
loquentibus in contrarium, quibus quo ad hec intelligatur et sit specialiter de
rogatum.



Ego Iohannes filius Angeli Aldobrandini de Pistorio et porte Sancti Petri notarius
publicus et nunc notarius dictorum Regulatorum, predictis omnibus ad fidem adhi
bendam me subscripsi et publicavi.

In nomine dni Amen Inter alia que reperiuntur In quodam libro refor-
mationum Civitatis pisarum existenti in cancellaria cois pisarum subscripto
et publicato manu Ser nicolai Cole de pisis publici notarii reperitur
sic videlicet

In nomine dni Amen Hic est liber sive quaternus continens in se
provisiones ordinamenta reformationes precepta officialium electores
licentias commissiones et alias quamplures varias et diversas scripturas
pertinentes et spectantes ad officium prioratus infrascriptorum dnorum
priorum Artium Civitatis pisarum pro duobus mensibus videlicet Julii et Au-
gusti Et subscriptus et publicatus per me nicolaum Cole notarium
de pisis et porte sancti Angeli et nunc notarium ipsorum dnorum predictis duobus
mensibus Sub annis dni millesimo CCClxxxi Indictione quarta tempore
dni urbani pape vi diebus et mensibus infrascriptis

Nomina quorum dnorum priorum sunt hec videlicet

Ser Berardellus Banis mercator Ser Magister Symon Mancie magister lignaminis	porte sancte Marie (?)
Ser Civitus Narduti mercator Ser Bartolomeus Johannis scudellarius	porte sancti Angeli
Ser Martinus Finoli campsor Ser Nicolaus Lelli calsolarius	porte solis
Ser Johannes Bonaveris tabernarius Ser Lellus Banis mactaragainus	porte sancti Petri
Ser Petrus Lelli lanarius Ser Nicolaus Chei mercator pannorum veterum	porte Febur

Die lune prima mensis Julii suprascripti dni Priores omnes decem presentes
et in concordia existentes simul in palatio cois pisarum eorum solite habitationis
Ex omni arbitrio etc.

Die xviii^a mensis Augusti

Consilio consilium mercatorum Auditorum cambii camerarii calsolariorum
et aliorum camerariorum aliarum artium Civitatis pisarum de mandato nobilis
et potentis militis dni Raneri de pisis honorabilis potestatis Civitatis
pisarum et dnorum priorum artium dicte Civitatis vacante ad presens
officio dni capitanei capitanii populi pisarum ad sonum campane vocemque
preconum et tubarum in palatio solite habitationis ipsorum dnorum priorum
more solito convocato et congregato In quo consilio interfuerunt dicti
dni priores numero novem absente Berardello Banis et dicti camerarii
numero xxxvi. In ipso consilio suprascripti dni Priores una cum dictis
Camerariis et dicti camerarii una cum dictis dnis prioribus unanimiter et

concorditer eorum nemine discordante. Advertentes et considerantes quod
ex parte sapientum virorum Ambaxiatorum comunis Florentie, qui pro trac
tanda pace inter comune pistorii et rebelles Castelli ad Civitatem Castelli
noviter accesserunt, due lictere dictis dominis prioribus sunt directe, in
una quarum rogabant pro relapsatione fienda de Ambaxiatoribus Ca
stellanis qui pistorii detinentur. In altera vero pro treugua fienda, et pro
dicta relapsatione efficaciter scribebant, et quod ex debito et pro honore
comunis pistorii convenit dictis licteris dare responsum. Id circo omni
modo, iure et forma quibus melius potuerunt quod scribatur comissariis re

Item cum in generali adunantia Civitatis pistorii pridie celebrata fuerit or
dinatum provisum et reformatum quod presentes domini priores et cam
erarii habeant arbitrium auctoritatem potestatem et bailiam regulandi dispensandi
et ordinandi palatium dominorum priorum et sumptus expensas et exitus
dicti palatii, prout in reformatione inde scripta manu mei notarii
infrascripti latius et plenius continetur. Id circo suprascripti domini priores
et camerarii unanimiter et concorditer eorum nemine discordante omni
arbitrio et auctoritate quod et quia habent a generali adunantia supradicta
et omni modo iure et forma quibus melius potuerunt providerunt or
dinaverunt et reformaverunt omnia et singula infrascripta videlicet

Inprimis quod domini priores Artium Civitatis pistorii et eorum notarius qui pro tempore
erunt habeant et percipiant a comuni pistorii pro eorum et aliorum in palatio habitantium
ipsorum dominorum priorum degentium pro victus necessitatibus tres libras denariorum
pro quolibet eorum et quolibet die solvendas ipsis modo et ordine tempore cuiuslibet
Prioratus incipiendo tempore futuri proximi prioratus videlicet in millesimo iii lxxxi
in kallendis mensis settembris proxime futuri, computatis in dicto palatio
viginti quinque florenis auri eisdem dominis prioribus concessis tempore cuiuslibet
prioratus pro subsidio expensarum quas opportet dictum officium suppor
tare pro honore quod impenditur dominis potestati et capitaneo et aliis offi
cialibus comunis pistorii Nec non pro supervenientibus Ambaxiatoribus terrarum
subiectarum comunis pistorii et prudentibus camerariis artium Civitatis pistorii et aliis
venerabilibus Civibus pistoriensibus qui in factis comunis pistorii vigilant et
laborant

Item habeant et percipiant a comuni pistorii tempore officii cuiuslibet prioratus predictis
dominis prioribus et notario ad rationem decem florenorum auri pro quolibet eorum
convertendos in eorum utilitatem et comodum prout de ipsorum processit
voluntate — Ex flor. duo

Que provisiones videntur summare ad dictas rationes quingentos
settuaginta duos florenos auri, tres libras et sex soldos denariorum. Que quantitates
solvantur et solvi debeant dictis dominis prioribus et notario sine solutione
vel retemptione alicuius gabelle modis et ordinibus infrascriptis videlicet

Inprimis quod Conservatores monete comunis pistorii dent et solvant et solvere
teneantur et debeant de dicta summa et quantitate debita ex causis predictis
dictis dominis prioribus et notario ducentos Triginta quattuor florenos auri
de pecunia comunis pistorii ad eorum manus pervenienda et debita camerariis
dictorum conservatorum tempore cuiuslibet prioratus sine solutione vel retemptione
alicuius gabelle ut supra est expressum

Item quod Emptores gabelle lignorum palearum etc presentes et futuri possint teneantur et debeant dare et solvere dictis dominis prioribus et notario tempore cuiuslibet prioratus de pecunia et quantitate per eos debita et debenda pro dicta gabella massariis comunis perusii et camere ipsorum massariorum sine solutione vel retemptione gabelle — Centum sexaginta novem florenos auri Que gabelle lignorum palearum.

Item quod emptores gabelle quadrupedum possint teneantur et debeant dare et solvere dictis dominis prioribus et notario tempore cuiuslibet prioratus de pecunia et quantitate per eos debita et debenda pro dicta gabella massariis comunis perusii et camere ipsorum massariorum sine solutione vel retemptione alicuius gabelle — Centum sexaginta novem florenos auri

Que gabelle lignorum palearum et quadrupedum sunt et esse intelligantur deputata usque ad dictas quantitates dumtaxat in et pro rebus et causis predictis Et quod massarii comunis perusii possint teneantur et debeant ponere ad introitum dictorum gabellariorum dictas quantitates debitas statim facta fide de solutionibus factis per dictos gabellarios dictis dominis prioribus et notario vel eorum procuratori pena massariis si contrafecerit. C librarum denariorum pro quolibet eorum.

Residuum vero dictarum quantitatum deputatarum pro dictis necessitatibus et salario dictorum dominorum priorum et notarii massarii comunis perusii debent et solvant et solvere teneantur et debeant dictis dominis prioribus et notario de quacumque pecunia comunis perusii ad eorum manus perventa seu pervenienda tempore cuiuslibet prioratus sine solutione vel retemptione aliarum gabellarum.

Et ego Nicolaus cole de perusio imperiali auctoritate notarius et nunc notarius dictorum dominorum priorum predictis omnibus et singulis interfui et ea rogatus me subscripsi et publicavi.

Ego Lodovicus Jacobutii de Reate cancellarius comunis perusii ad fidem me subscripsi.

Item tenor alia que reperitur in quodam libro reformationum comunis Perusii existente in armario in cancellaria comunis Perusii subscripte et publicate manu ser Andree Pinoli de Perusio notarii et tunc notarii olim dominorum priorum artium civitatis Perusii in officio existentium de mensibus septembris et octobris anni lxxxv reperitur sic videlicet

In nomine domini amen. Anno domini millesimo CCCLXXXV indictione nona tempore domini Urbani pape VI die xviii mensis octobris

Consilio dominorum priorum et camerariorum artium civitatis Perusii de mandato nobilis militis domini Giannocti de Esculo honorabilis capitanei comunis et populi Perusini ad sonum campane et tubarum vocem que preconis in audientia solita palatii habitationis et residentie ipsorum dominorum priorum. In quo quidem consilio interfuerunt omnes decem domini priores et camerarii numero xli. Qui domini priores una cum dictis camerariis et dicti camerarii una cum dictis dominis prioribus ad consilium congregati et collegialiter ut supra in audientia supradicta volentes circa infrascripta salubriter et utiliter providere deliberatione prius habita inter dictos dominos priores diebus precedentibus et inter dictos dominos priores et camerarios die subsequenti singulariter et distincte super et de omnibus et singulis infrascriptis, et misso et obtempto partito ad bussolam et fabas albas et nigras prout inferius continetur et secundum formam statuti et exigentia statuti et ordinamentorum comunis Perusii tam inter dictos dominos priores diebus precedentibus quam inter dictos dominos priores et camerarios die subsequenti distincte super et de utroque istorum. Ex omnibus arbitriis auctoritatibus et bayliis concessis et attributis dictis dominis prioribus et camerariis mixtim vel divisim a comuni Perusii super istis et eorum executione maxime super custodia et fortificatione civitatis et comitatus Perusii, et super conservando in statu bono pacifico et tranquillo comune et populum Perusinum. Et super novis casibus occurrentibus non provisis et super expendenda pecunia super ambaxiatoribus mittendis et pro removendis inconvenientibus emersuris contra statum bonum pacificum et tranquillum comunis et populi Perusini et quietem omnium subditorum de qua quidem adunantia latius constat manu ser Johannis Lelli de Perusio notarii. Et omni modo via iure et forma quibus melius potuerunt providerunt ordinaverunt et reformaverunt omnia et singula infrascripta videlicet et quolibet eorum videlicet

Inprimis cum opporteat etc.

Item cum propter summam non solum indigentiam sed miseriam et diminutionem introituum camere massariorum comunis Perusii sepissime occurrat quod ambaxiatores comunis Perusii quibus de eorum salariis in dicta camera satisfieri debet dirigi non solum possint ad loca necessaria et ad civitates et dominos et comunia et pro conservatione status boni liberi pacifici et tranquilli comunis et populi Perusini. Et ad capitaneos societatum vagantium per patriam assidue in desolationem amantium quietudinem ac pacem. Et fieri non possint expense que assidue concurrunt pro honore et statu comunis Perusii et pro removendis occurrentibus inconvenientibus quibuscumque quolibet subrectaneis et emergentibus contra statum pacificum seu quietudinem cunctorum subditorum, et ad providendum et adhibendum remedia circa ea fuerit

plurima habita consilia cum prudentibus Civibus. Et etiam fuerint
ad providendum de aliquo introytu in dictam cam^a predie deputata. quiquidem
prudentissimi Cives ex deliberatione dominorum prior. et camerariorum Et super
tali materia multa habita fuerit colloquia et examinaverit introytus
et exitus ipsius cam^e Et in substantia retulerit quod omnes expense ordinarie
et exitus dicte cam^e trascendant introytus ordinar. circa mille ducentos
flor. auri in anno. Et sic non solum extraordinarii exitus sed nec ordinarii
persolvi possunt ex introytibus ordinariis dicte cam^e. Et extraordinarii
introytus non supersunt ad extra ordinarios exitus persolvendos Et quod eis
videbatur necessarium gabellam quadrupedum debitam dicte cam^e de qua
solvi debent dominis Prioribus tempore cuiuslibet prioratus — Centum sexaginta
novem flor. assignare et dare dicte cam^e integram. Et quod conservatores
monete dominis Prioribus artium qui pro tempore fuerit de cetero solvere teneantur
et debeant de quacumque pecunia ad eorum manus perventa tempore cuiuslibet
prioratus in principio eorum officii dictam quantitatem — Centum sexaginta novem
flor. auri sine aliqua solutione vel retemptione alicuius gabelle Et sic de-
beret imperpetuum observari. Non obstante provisione facta circa predicta
in anno mccclxxxi die xxviii^a mensis Augusti de qua constat manu ser Nicolai
Cole dephusio not. et tunc not. dominorum prior. artium Civitatis perusii. Super-
itaque domini priores et camerarii existentes ut supra ad consilium congregati
auditis predictis et considerantes predicta esse summe necessaria pro conservatione
status predicti et pro removendis inconvenientiis supradictis et aliis quibuscumque
emersuris volentes prout expedit providere deliberatione habita
die videlicet precedente inter dictos dominos priores et hodie inter dictos dominos priores
et cam. et exhibitis consiliis et misso partito ad bussolas et fabas albas
et nigras tam die precedente inter dictos dominos priores quam hodie inter dictos
dominos priores et cam. obtempto per omnes decem priores et xxxviii camerarios
non obstantibus de xli tribus fabis nigris in contrarium repertis Ex omni
arbitrio supradictis et maxime ab adiuncta generali concessa et ex omni alio
providerunt statuerunt ordinaverunt et reformaverunt quod de cetero dicta gab.
quadrupedum integra et fructus redditus et proventus eiusdem seu pretium
ipsius perveniat et pervenire debeat non obstante deputatione predicta vel forma
cedule seu venditionis eiusdem ad dictam cameram massarior. Et quod de
cetero post finem presentium dominorum prior. in officio existentium Emptores
dicte gabelle non obstantibus predictis vel aliquo predictorum libere licite et impune
possint teneantur et debeant et astricti sint sub pena V^c lib. den. camer.
sante per maiorem Syndicum auferenda de facto inter quas videlicet
dumtaxat presenti ordinamento dare et solvere omnem quantitatem pretii dicte
gabelle quam solvere debebant tempore cuiuslibet prioratus dominis prioribus
prout supius continetur massariis communis perusii presentibus et futuris in
illis terminis et eo modo prout dictis dominis prioribus solvere et facere
tenebantur et decreverunt quod dicta gabella imposterum post finem presentis
venditionis vendi debeat sub pactis quod pretium ipsius integraliter
venire et solvi debeat massariis communis in cam^a ipsorum Et providerunt
et expresse mandaverunt et mandant sub dicta pena ut supra promissa
auferenda. Quod Conservatores monete communis perusii presentes et qui pro
tempore fuerint imposterum possint teneantur et debeant tempore cuiuslibet

prioratus post finem officii presentium dominorum priorum in principio
officii aule prioratus dare et solvere de quantitate dicti comunis Perusii ad
eorum manus pervenienti seu perventura dicti domini prioribus qui pro
tempore fuerint dictam quantitatem centum sexagintanovem flor.
de auro sine aliqua solutione vel retemptione gabelle ultra quantitatem
ducentorum triginta quattuor flor. de auro qua per forma dicte provisionis
de qua constat manu dicti ser Nicolai Cole tunc aule prioratus solvere
tenentur et debent et sic in omnibus et per omnia observetur et observari
possit et debeat imperpetuum iuxta exigentia predictorum presentialis provisionis.
Et quod notarii super registris seu cassationibus tam in camera conservatorum
quam massariorum teneantur et debeant ad requisitionem cuiuscumque petentis
actare et registrare omnia que fuerit quomodolibet actanda seu
registranda sub dicta pena. Non obstantibus quibuscumque legibus
statutis ordinamentis seu reformationibus dicti comunis seu camere
conservatorum vel massariorum seu dictis provisionibus de quibus constat
manu dicti ser Nicolai Cole vel aliis quibuscumque in contrarium premissorum
vel aliorum eorum vel aliter in totum vel in parte disponentibus vel loquentibus
quocumque modo. Quibus omnibus et aliis eorum et maxime dictis provisionibus
derogaverit expresse aliquo generali vel speciali quod loqueretur
in contrarium non obstante.

Et ego Andreas Pinchi quondam Pinoli de Perusio porte
Heburnee et parochie sancti Savini imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius
et nunc notarius supradictorum dominorum priorum predictis omnibus dum agerentur
interfui et rogatus de mandato ipsorum dominorum priorum me subscripsi
et publicavi.

Ego Lodovicus Iacobutii de Reate cancellarius comunis Perusii ad fidem me subscripsi.

No. quod pro salario dominorum priorum
solvi debere clxviiii flor.
auri et ccxxxiiii flor.
in alia manu ut dicitur

In nomine domini amen. Anno domini millesimo iii^c lxxxvi^to Inditione
nona, tempore domini Urbani pape sexti. die xviii mensis Julii.
Consilio maiori seu generalis adunantia artium et artiffi
cum civitatis Pisarum. descriptorum in matriculis dictarum artium
de mandato nobilis militis domini Nicholai de Baldovinettis de
Florentia honorabilis potestatis civitatis Pisarum. Et nobilis militis domini
Affricani de Anselminis de Padua honorabilis capitanei populi Pisani. Et
Magnifficorum dominorum. dominorum priorum artium dicte civitatis, ad sonum
campane et tubarum. vocem preconis in sala palatii solite resi
dentie dictorum dominorum priorum ut moris est collegialiter congregato. in
quo quidem consilio et generali adunantia interfuerunt domini pri
ores artium dicte civitatis. numero novem. absente Vanne Betti
priore eorum socio et collega. Et camerarii artium dicte civitatis
numero. xxxviii. Et consiliarii et artiffices dictarum artium. numero tre
centorum. et ultra descripti in dictarum artium matriculis secundum formam et
exigentiam statutorum et ordinamentorum comunis Pisarum. Supradicti itaque domini prio
res una cum dictis camerariis consiliariis et artificibus. Et dicti camerarii
et artiffices et consiliarii. una cum dictis dominis prioribus. existentes ad
consilium congregati. Volentes unanimiter et concorditer conclusa omnia et
singula infrascripta et quolibet ipsorum utiliter providere, deliberatione primo.
omnibus et singulis infrascriptis et quolibet eorundem. singulariter et distincte
heri die precedenti hanc presentem diem solempniter inter dictos dominos
priores et camerarios. Et exhibitis consiliis super omnibus et singulis
infrascriptis et ipsorum quolibet per consiliarios dicti consilii et adunantie Et
missis in dicto consilio et adunantia singulariter et distincte super
unoquoque ipsorum. et obtemptis legiptime partitu de levando ad sedendum
secundum formam et exigentiam statuti et ordinamenti comunis antiqui. Ex omnibus
potestatibus auctoritatibus arbitriis et bailiis concessis et attributis [illegible]
vel commissis per formam statuti vel ordinamenti dicti comunis dictis dominis prioribus
et camerariis et consiliariis dicti consilii et adunantie generalis seu ipsi consilio et
adunantie generali quocumque aut qualitercumque. providerunt statuerunt ordinaverunt et
reformaverunt omnia et singula infrascripta et quolibet ipsorum. videlicet.

In nomine [?] qd pmo adunatia seu maius gsiliuz et gsiliarij ipius guerend seu adunad et guerradd potuit seu potuunt ordinare et pvidere. Et ad eius guerratorez barpmez [?] et pvisioni. Et guerradi potuit et in ea et inter eos omnia et singla ipsi Legis ppor Et sup hijs et quolibz eorz gsiliu exhibere et c.

Item cuz p nutrimento salute et pace ppli prusini videat et sit summa necessitas pvidere circha faciendaz et nutrendaz habundantia i civitate et comitatu prus. cum manifestissie appat et videatur actendenduz ee no cuz minori solicitudie ac cura erga fovendaz habundantiaz suprdtaz p anno pxime futuro q p pterito. Et ut dca habundantia comodius fieri possit. Et circha ipaz habundantiam que expedientia sint utile pvideri vri et quo heat et debeat pecunia in coi p habundantia suprdta. Et et p aliijs necessitatibz dci cois maxie in camo gsuatorz monete dci cois p expediendis negotijs ipius cois. Et ppea sit summo ope pvidenduz vri et quo pecunia heatur et debeat in coi, ut pdiatur gsiderato q sicud calculatu puctale est p semestre pxie futuro consuatorec[?] monete qui erit no hebunt itroitu satisffactibilez p oportunitatibz dci cois ppter multas et varias expas in pterit occursas et fcas p habundantia pdta et pdita ipius. Et etia pp guerras pteritas p recupatoe castrorz rebellatorz coi prus et ppter expositos et pecuniasd solutus fcas societatibz et aliijs armorz gentibz ut adapmo et icomoditatibz cois prus abstineret et etia subditorz Et etiam videatur et sit summa necessitas et inextimabilis utilitas coi et pplo prusino creare ul elige seu de sacculis aliorz offitiis cois prus exthere. non obstante ordie sacchulorz - Tres fidelissimos et uti limos cives prusinos in gservatores et p consuatoribz monete dci cois p uno anno pxo futuro incepto post finez offitij pntuz gsuatorz qui sic eligend ul publicand utilite et modrate gseruet.

pecuniam et nunc comunis inutiliter non defluat comunis verba antedictis. Congregati
itaque domini priores et camerarii et consiliarii consilii adunantie generalis et
ipsa adunantia et toto consilio supradicto. Volentes antedicta petita et requisita utiliter
providere et consiliis super predictis deliberatione habita exhibitis consiliis et obtempto
ut dicitur partito. Ex omnibus auctoritatibus potestatibus et arbitriis supradictis
providerunt statuerunt ordinaverunt et reformaverunt quod vigore presentis legis du-
rante tempore presentium dominorum priorum. presentes domini priores et camera-
rius dicte civitatis. habeant et habere intelligantur sub conditionibus et reser-
vationibus infrascriptis et eis salvis et reservatis. plenissimum liberum
ac generale arbitrium auctoritatem potestatem ac baliam quod et quam habent presens
domini priores et camerarius consiliarii consilii et adunantie supradicte. Et totum
presens consilium antedicta petita et requisita et quodlibet ipsorum et circumstantiarum
et dependentia connexa quomodocumque et dependentia ab eisdem vel aliquo
ipsorum omnia et singula providendi statuendi ordinandi et reformandi leges
et statuta vel ordinamenta condendi. Et facta vel facienda tollendi seu suspendendi
et omnia et singula super hiis de hiis aut pro hiis vel eorum seu ali-
cuius eorum occasione vel causa disponendi. et pro eo tempore et eo modo et forma
prout et quemadmodum dictis presentibus dominis prioribus et camerario videbitur opportu-
num. In quos quidem presentes dominos priores et camerarios transtulerunt
delegaverunt et commiserunt omne arbitrium auctoritatem potestatem et baliam quod
et quam habet et habere dinoscitur totum presens consilium supradictum. Itaque omnia
et singula que per ipsos circa petita vel aliquod ipsorum seu dependentia
ab eis vel aliquo eorundem quomodocumque aut qualitercumque providebuntur
statuentur vel ordinabuntur possit et debeat efficacissime in omnibus et singulis
et quoad omnia et singula fieri firmari et exequi ac si in presenti
adunantia et per presentem adunantiam facta specifice provisa et ordin-
essent / Et plenissimam in cunctis iuris efficaciam sortiantur. Salvo et
reservato per predicta vel aliquod eorum. nullum possit seu debeat deputari
seu provideri fieri vel firmari super provisionibus ordinamentis seu introitus
de comunis deputatoribus factis hactenus quantumcumque aut qualitercumque in favo-
rem presentium officialium habundantie quorum officium finit de mense
augusti proxime venturi. Et quod usque in quantitatem florenorum seu pecuniarum
eis pro eorum necessitatibus occasione eorum officii opportunos introitus ipsorum

deputatis . expendendis seu in usus alios convertendis . sed virtute presentis consilii
adunantie omnia et singula per eos et in eorum favorem promissa et ordinata In
telligantur et sint pro amplius confirmata / ut debita per eos concessa occasione
eorum offitiis possint efficaciter solvi et satisffieri / Et salvo et reservato quod
priores domini priores et camerarius supradicti pro predicta vel aliqua eorum . in presenti lege contenta
non possit nec debeat vel eis liceat quoquo modo . Rebandire vel absolvere
aliquos exbapnitos dicti comunis presentes vel futuros vel exbapnitos talium
seu condepnatos tunc . quacumque de causa quecumque aut qualiacumque vel condepna
tiones seu processus aliquos pretitos presentes et futuros criminales . civiles
non presentis vel futuris . tollere cassare abolere vel suspendere vel in aliquo
tangere seu mutare modo aliquo seu forma in totum vel in partem non reffir
mare vel de novo eligere aliquos offitiales dicti comunis nisi dumtaxat secundum
formam et exigentia statuti et ordinis dicti comunis . de electione vel reffirma offiti
talium disponentium et non aliter quoquo modo . Et hec non Intelligantur de offitio
conservatorum monete comunis perusii . Nec etiam aliquid donare de bonis rebus vel
Iuribus dicti comunis nec vendere vel aliter alienare de bonis stabilibus dicti comunis
Et salvo et expresse reservato quod dicti domini priores et camerarius presentes et futuri
vel alii offitiales dicti comunis non possint nec debeant ullo umquam tempore
donare vel aliter concedere aliquam offitialibus comunis perusii sive inscia tempore
sui offitii vel postea vel alterum aliquam per publicum vel privatum arma seu
Insignia comunis perusii propria vel subalternata modo aliquo seu forma in
totum vel in partem quocumque et qualecumque nisi primitus deliberetur expresse
in adunantia generali . Sub pena mille librarum denariorum . imposita a quolibet
proponente consulente vel consentiente vice qualibet per maiorem sindicum com
ferendum . de quo quilibet possit et debeat per ipsum sindicum specialiter sin
dicari . Et nichilominus quod secus fieret sit irritum et inane et in
efficax eo ipso . hiis solum exceptis et cetera.

Item cum ad conservationem averis et pecunie comunis perusii . et ut expendatur et
conservetur utiliter et ad regulationem camerarii conservatorum et massariorum perusii
comunis / Et introitum et exitum comunis predicti . Et ad restrictationem expensarum et exi
tuum quorumcumque dicto comuni non necessariorum et reservationem utilima ipsorum
